

libet nocens obvium; non potest obire mortem, quicunque contrahere non potest infirmitatem. Occurrit in asserti fulcra nobilis antilogia. *Mortui audient* (dixit Assertor) *vocem Filij Dei: & qui audierint, vivent.* Heus mortui gratia, cave. Haud viventes, qui non audierint. Obiunctur vel amittitur aeterna vita. Videte momenta quanta: hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Modò in nostrum propositum. Perinde est vivere, atque mortem non videre: quare igitur in vitam dicit, *Qui audierint*; & in libertatem à morte, *Siquis sercaverit!* Nonnulli cum gaudio audiunt Dei verbum, & tollit diabolus de corde illorum, quae voces feminant; ne credentes salvi fiant. Quae ergo pacto idem servare & audire; quomò aliud sit in corde, aliud in aure? Exprimat Christus diversis vocibus audiendi modum; ut audientes, ut decet, praesent auditum, in salutem negotantis animae, vel moribundae, vel mortuae: signatque meditanter idem audire & servare; quia quicquid audiunt, & audita non custodiunt, minime audiunt. Quicquid (ut canit Propert. lib. 2. Eleg. 28. v. 8.) concionator protulit, *Ventus & anda rapit.*

Cap. 5. 25.

Vera ac perfecta auditio est veritatis obervatio.

Propert.

DIDASCALIA IV.

Vox praedicantis non auditur, ni videatur.

1 Impossibile videtur videri, quippequam non vident aures, sed oculi: nancisciturque quòd est mirabile in oculis nostris; si voci suae dederit vocem virtutis: equidem verba prorsum inutilia, quae sine virtute verba. Movent enim vehementer vel obliuatum animum, dum videtur factum verbum. Facit Praedicator *pondus ventis*, ex virtute operationis, quae verba voluntaria fidunt, quippe iam patent ad oculum: minimeque fulgent verba grandia, fessipedalia verba; sed utilia, effectui consona: igitur sine operationis virtute, erunt verba sine pondere.

Quod pondus verbi

Iob. 28. 25.

Manil. 4. v. 439.

Apo. 1. 10. 12.

*Dedit ipse sibi mentem. Pondera: nec fas est, verbis suspendere mundum.*

2 Altruit Ioannes, de se dicens: *Audiui vocem magnam tanquam tubae, & conversus sum, ut viderem vocem, quae loquebatur mecum.* Vox haud caret vir-

tutis efficacia; dum recogitat audiens secum loqui: de quo egimus, *Tautolog. 6. D. 1.* Modò, quò pacto vox videatur, scrutandum. Auditur vox communis, videtur vox praedicantis. Opere praedicatoris, quae vox audita, visibilis: diciturque vox visa, quae auditur apta; quippe quae vox dicebat, dicebant opera. *Validior operis, quam oris vox:* inquit Bernard. ferm. 59. in *Cantic.* num. 3. igitur cum praedicatoris exemplum sit virtus vocum; voces sine virtute ac exemplo praedicantis erunt vocis sine voce. *Efficax*, & etiam *vivus* dicitur *sermo Dei*, & penetrabilior omni gladio accipit, & pertinens usque ad divisionem animae. Vivus dicitur, dum sermo in concionante videtur; siquidem eius voci ad amissum non apta vita, vox quae auditur, planè mortua. Vivus dicitur sermo; quum ex auditione sequitur cordium commotio, ex commotione criminum penitudo; quae vocum ostendit efficacitas, quippe expellitur à peccatoribus malignitas. Non praedicante concionantis vita, in sermone evanescit efficacia; quoniam non pertingit animam, sed auriculam: inefficaxque patet sermo, ac mortuus; qui per se erat efficax & vivus; quippe audientes ex sola auditione vocis, obsurdescunt in peccatis. Est efficax, dum voce ac vità dividitur anima, eò quòd contemplatur Deum offensum, & se demonis mancipium. Exemplo praedicator in voce haud vibrat vocem, sed fulmen: haud promittit verbum, sed gladium: & vox quae auditur, efficaciter videtur; quippe per auditam visam vocem, divisa est anima in criminum penitentinem.

Opera verbi vix visibilis.

Hebr. 4. 12.

Unde sermo vitalis vel mori sermo nisi

3 Claret in articulo vocis audita à Ioanne. *Audiui vocem*, ait: sed conversus est, ut videret, postquam clare audita vox. Vox videtur ex exemplo, vox auditur in eloquio; sed à corde non auditur, ni vox audita videatur: Ioannesque intendit videre vocem, ut cordis praebat auri promptitudinem; quippe ubi vox praedicatoris videtur, tunc praedicator auditur. Vide infra. num. 21. Est in concionatore vocis entitas & etiam vocis prolata efficacia: ideo dicit *Conversus sum*, igitur à voce in vocem commotum cordis dicitur conversio, illico ac facta visibilis vocis auditio; quippe ubi vox opere concionatoris visibilis, acturum in audiente conversio cordis. Vox designatur magna; quae vox visa. *Audiui vocem magnam.* Vox in praedicator, sed in il-

Conversio cordis, vox visibilis.

12

la nil magnum, ni sit ex opere exemplum: igitur cum sermo dirigatur in audientium conversionem, ac criminum penitentinem; si penitudo & conversio, erit in concionante summa vocis magnitudo: quandoquidem iure donatur sublimitate, si vita respondit voci. *Vocem magnam:* id est, singularem; dum vox ab audientibus videtur in conversionem: siquidem cum vox in dolorem peccatorum non audiatur, si virtus vocis in exemplo praedicantis non videtur; vox obtinuit totum pondus magnitudinis, visà vocis virtute in opere praedicanis. Denum, Ioannes se audivisse assertit vocem, & vocem grandem. Ex magnitudine vocis pendet saepe auditus auri. Magnitudo in concionatoris vita: vox in aplausu, encomio, aut fama. Magnitudo vocis in rebus: vox in vocibus. Magnitudo in vocis virtute, qua scinditur anima gladio doloris: vox in floribus eloquentiae, quae voces delectant aures: & magnam vocem sese astruit Ioannes audivisse, facta ad vocem conversione; quippequam dum in audientes vox à praedicator fit; illa sanè non auditur, si tantum auditur vox. Perperam enim veritas à corde suscipitur, quando non illa fit praedicator praedicator.

Unde magnitudo & celsitas praedicantis

Cur & unde sine fructu

Propert.

Quis sensu egrotat? Mens philosophi.

4 Vox magna inerit famae voci; si flos vocis studet audientium fructui: nec erit sanè sine fructu, ni concionatoris sit sensus egens, cura pungens, culpa mordens. Defectu sensus est infirmus, affectione sollicitudinis moribundus, crimine mortuus. In primo stolidus, in secundo vanus, in tertio pessimus. Sensu eget, ubi probro data placet. Cura pungit, dum famae fatagit: culpa mordet, quando praedicata negligit: nullamque in auditorio audientem invenit aurem; quippe sibi fovet crimen, & stoliditatem & ambitionem.

*Quid iuvat in nullo pondere verba dare?* Ait Ethnicus lib. 2. Eleg. 22. v. 44. Nil iuvat, ut audiens dicentem credat: siquidem praedicator stultus, si verba non habent pondus. Levia planè sunt, quippe ille non habet cor, & egens sensu, recedens à demonstrato consilio: igitur summa stoliditas in languentes atque languores inveni, & gloriari de languore. *Quis sensu egrotat?* Mens philosophi.

Tom. V.

egultavit Christus? Hic egebat sensus quandoquidem in se plaudebat adversus quae praedicaverat.

5 Mirè desipit Seneca, cognoscens à peritque notari; aliter vivere, & aliter loqui. *Quare ergo tu?* (sibi ex alijs obijcit de *Vit. beat.* cap. 17.) *fortius loqueris, quam visis. Quare superiori verba summittis, & pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, & respicis famam, & malignis sermonibus tangeris? Cur non ad praescriptum tuum cernas? Cur tibi nitidior supellex est? Quid ergo responderet? Non sum (inquit) sapiens: & ut malevolentiam tuam pascam, nec ero. Exigo itaque à me non ut optimis par sim, sed ut malis melior: Non perveni ad sanitatem, ne perveniam quidem: delinimenta magis, quam remedia podagrae meae compono, contentus si rarius accidit, & si minus verminatur. Vestris quidem pedibus comparatus, debili cursor sum. Haec non pro me loquor: ego enim in alto vitiorum omnium sum; sed pro illo cui aliquid attit est. Aliter loqueris, aliter visis. Hoc Platonij obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi viverent, sed quemadmodum vivendum esset. De virtute non de me loquor: & cum vitij convitium facio in primis meis facio. Cuius potero, vitam quomodo oportet. O barbare magister! Quae ergo fronte saepe dicitis: Non est bonitas, pessimis esse meliorum. Vide Epist. 79. Hic sensus expers & egens: siquidem in alijs sollicitabat mortuum, cum ad prolata & à se haud haberet ullum sensum.*

Seneca

Excusatio eius à mortuum corruptela, & praedicationis praesentia.

Idem.

6 *Compedes in pedibus stulto doctrina:* inquit Siraides. Tigrinus & Syr. *Stulti, amentis.* Quanam ergo doctrina, dum ob illam habeatis ostenditur insipientia? Si scientia in stulticia expulsionem, quando, qui doctus, reddet stultissimè nescientem? Quando ipse non senserit, quòd audientes movere studet: igitur cum doctrina sit in vitia directionem, ut peccatores avertentur a crimine; sese ostendit praedicator stultissimum, ubi verbis, & verbis audientes plaudunt ut doctum: siquidem stulti vanissima cogitatio, ac phantastica praesumptio; si verba experiri omnino emortua, & velle aliorum esse vivificativa. Vita esse nequit sine motu, à quo in rationalia directio: & cum doctrina est stultus, quem fugit propriae directionis motus; ubi per disciplinam verbis prolata, non sibi sed alijs cupit designare vitam; quan-

Ecclesi. 22. 22.

Unde stultus?

LIII 2

do.



doquidem in sermone insipientia stultissimum acumen, cogitare mortuum, & esse posse vitalem.

Nuncius Aurora prius ut se suscitaret ipsum

Ovven.

Quam reliquos, alas explicat ante suas. Gallorum ritu, verbi sic praeo feracis: Ut moveas alios, tu moveare prius.

Canit Ovvenus, lib. 3. Epigram. 47. Verba ut alios moveant proferuntur a praedicatori: priusquam moveant moventur a mente: & immotus (ad illa quae movere cupit, ac sentiri fatagit) dicitur infans & stultissimus stulti cognitione: quippe patet sine mente, cum ipse non habeat sensum, in alijs quaerere motum. Audientes in virtutis progressum impedit ignorantia, praedictorem infans ipsa sapientia, sed fatuus: quae quidem, nihil agente, compedi iure confertur, dum alios in virtutem amens alloquitur: igitur alios currere incumbit, vel volare contendit, dum ille praecompedibus vitiatorum, nec valet moveri in gressum. Movet audientes qui magis vita in delinquentes fulminat, quam qui verbis eloquenter clamat, vel exclamat. Unde cum insipientia sit, aliter docere, aliter vivere; claret sicine praedicator sine mente: siquidem audientes vident in voce insignem doctrinam, & in vita corrupta singularem insipientiam.

Ut moveat, moveri debet.

7 Compedes in pedibus stulti dicuntur doctissima verba, atque caelestis doctrina. Nihil mirum, etsi latum sit mandatum; quippe praecipit peccator quasi compede comprimitur, constrictus ne procedat, unde corruat; siquidem ubi sine lege libertas, molestior servitutis sub tyrannide gravitas. Compedibus doctrinae conculator stultus praevicarietates cohibet, & a criminibus arceat; modo doceat, quomodo vivendum, ex quo vivat. Si aliter quam docet vivit; etiam caelestis doctrina micat in illo infantia & insipientia: igitur praemore libertatis, atque semita libidinis, qui imponebat audacter, projicit compedes. Est doctrina in docto & in stulto. In docto, ubi ad amum legibus verba & opera. In stulto, quando ad invicem dissona, ita ut vivat iuxta libertatem, & nequaquam iuxta observantiam tenorem: & ubi compedibus vitiatorum sistit doctrina, conculatoris praedicator amentia; quippe quam nihil infans esset, doctrinam sibi advertebant nullatenus praedicator: indicat sane nullum habere sensum, nec vestigium; dum nullum cognoscit movens ex motione motum. Patet

Vacua doctrina, praedicatoris amentia.

perspicue insensatus indicatione doctrinae, & ut ait Luvenal. Satyr. 8. v. 53. — Trancoque similibus Herma.

Nullo quippe alio vincis discrimine quam quod

Juvenal.

Illi marmoreum caput est, tua vivit imago.

8 Hermæ dicebantur olim Mercurij statuae (cui vis tribuebatur eloquentiae) quadratae, & cubiformes, velut symbola rationis ac inconcusse veritatis; trivisque erectae ad viam ambages, flexus, reflexus & discrimina indicanda, digito ostendentes viam cum sententia: Haec itur. Ad Isaac. Grangaum, loc. cit. Ivoenat. Claud. Minoem in Emblem. 8. Alciat. & Erasim. Chiliad. 2. Centur. 1. n. 1. cum Adrian. Iun. Centur. 3. Adag. 70. Pierioque Valerian. lib. 39. cap. 32. En symbolum praedicatoris stulti scientia, dum ab illo per voces signatur via, aliamque terit, quasi nihil indicaret; igitur manet uti simulachrum mentis impositum, quin ponat in viam gressus suos. Via virtutis signatur per voces, sed effigies informis non habet pedes, ut sequatur inconcussam veritatem, quam indicat, & rationem quam ostendat, signans qua eandem, ne peregrini in flexibus deviant errorum: qui qui vident venerantur indicem, ceterum nunquam experiuntur comitem. Ad iter carpendum illius vocibus impellitur animus, sed uti statua praedicans manet immotus: & uti simulachrum retrorsum ab omnibus derelinquitur; quippe signans itinera alios movens, nec movetur. Diogenes Cynicus, qui de virtute loquebatur, & nihil agebant erga virtutem, dicebat similes citharis, harmonia atque suavitate vocis; quippe sono alijs profunt, ceterum ille non sentiunt. Vide Erasim. in Apophtheg. lib. 3. Centur. 3. n. 79. Hinc conculator nihil faciens, & multa etiam numero loquens, citharae similis: igitur aliorum aures pulsans, corda in suavitatem excitans (quoniam audientes sonum eriguntur in caelum, averfantes peccatum) ita infelix propria musica; ut illi non sit harmonia: igitur ita insensatus, atque peccatis attonitus; ut musica ad propriam aurem, nec vox quidem. Qui non audit nihil sentit, neque se movere valet. Nullo discrimine distat ab Herma, si statua viva; sine implicatione terminorum, dum habet vitam & nullatenus sensum: quandoquidem ad verba, viva apparet imago, verum ad se sine motu.

Quid Hermæ?

Quomodo sapientia stultae?

Erasim. Cur citharae confervat?

Praedicator insensatus.

9 Huiusmodi Hermarum planities ornata erat litereis, ac caracteribus speciosis,

sis, quae noscebatur in directum via, sed demonstrata a statua, cuius caput marmoreum, & pectus literis plenum, sed sine pedibus ullis, ut irent in viam pacis. Viva claret conculatoris imago, ubi statua viva sine ullo sensu.

Alciat.

En statua statua, sumptumque de marmore marmor.

Equidem ubi in distata non opus, conculator uti statua literis illiteratus. Literis statua fulgebat, sed fulgebat uti statua, Fulgerent literae, atque vocum speciositas, si moveretur ad literas: & attenditur statua, simulque despiciatur; quia loquens nil loquebatur. Loquitur opere praedicator in opera, nec fit statua. Voce tacet, si se non movet: & uti statua Mercurij, cui tribuitur eloquentia, habetur in verba vana; quia in ipsis vocibus literarum non sunt voces, ubi absunt in motum minimae voces, sed pedes. Caput Herma habet marmoreum: hinc doctrina stulti ipsum ostendit infans: equidem si infans inopos mentis, quae sedet in folio capitis; dum sine motu & sensu caput marmoreum, literis plenum, ostendit; profecto capite caret. Literae profunt, dum audiuntur, nequaquam dum enunciantur. Clarius: dum literarum audita proposita, non ubi lecta; igitur haud in imagine viva movent operum signis, sed exemplis: despiciaturque iure conculator qui vera nunciat, si se non moveat; quippequam est literis loquatur, uti statua non auditur; imò dum literis intendit dirigere gressum, occurrit ad offendiculum.

Statua vocalis sed in mobili.

Pfal. 141. 4.

10 Nonnulli pessimi iuxta iter scandalum ponunt, ut declinant a semitis corruant. Praedicatorum superbia haud vitae, sed literarum phantasticarum elati, lubriciora efficiunt; ut in via errantes miserè praecipitentur. Viam mandatorum Pfales Regius gaudibundus cucurrit, sed intemè de his insidiatoribus dolet, exclamaturque: In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Quanam via ruta a malignitate peccatoris, si tendiculae expansae in via virtutis? Quid in via qua homo seductus infelicitate errat; si seducitur in via, qua feliciter ambulat? Quanam hi malignantes? Qui alios instruere fatigant; cum sint ipsi peccatores. Inquiritur saepe a praedicatoribus iter in viam, ita ut stulti non errent per eam. Ambulant audientes, sequentes directionem: maxime directorem, si viderint vel minantem vel ducentem; quippe per illum cognoscunt semitam, quae ducit ad vitam. Im-

pediuntur, cum moventur, dum aliam viam praeter doctam, fatuae directores capiunt; igitur suspiciosa dogmata, anfractuosaque via, a qua qui docet, recedit: patetque laqueus in via lata, ubi docentis diversa videtur via; igitur laqueus hominibus in via veritatis ambulantiibus, invenire vitiatorum excosationem, cum cognoverint etiam praedicandum praedicantem. Moribus debet esse conspicuus, qui datur imitandus: inquit Casiodorus, lib. 4. Epist. 3. & cum deficit a moribus, in via salutaris ambulantiibus est laqueus; etiam in virtute, quo verbo ac doctrina duxit, recedunt, quia ille recessit. Sapientiam Stoicus, qui supra delirus. Quo modo ergo ad rationem movendam, ratione opus est; sic ut moveatur ratio perfecta, opus est ratione perfecta. Prodesse autem est, animum secundum rationem movere virtute sua, aut eius qui movebitur. Hoc non sine ipsius quoque qui proderit bono fieri: necesse est enim alienam virtutem exercendo, exerceat & suam. Ita Seneca, Epist. 109. Minime in via virtutis exerceat virtus, si fuerit ducentis in itinere laqueus: igitur cum laqueus pedem in gressum detineat, quantumvis doctrina moveat; ab ipsa morione gradientium arceat mortio, sine ullo impellente & moventis exercitio. Iter enim moti, si moti, carpunt, non qua eundem, sed qua directores eunt. Conducunt profecto audientium in insulsa mentes misisco sale doctrinae praedicatoris: detineanturque in itinere laqueo, sine ducentis exemplo; siquidem desipit sal, dum iter distinctis semitis sit, quo magis audientibus laqueus absconditur, dum in motum verbum audiunt; igitur etiam ipsi desipiunt, a virtutis itinere trito revocantes gressum; quia vident sal insafuatum.

Suspiciosa doctrina, a qua qui docet, recedit.

Casiod.

Seneca.

Et qua sal insafuatum.

S. Benedict.

11 Stulti sane, qui desipiunt, quoniam alij fatuae insaniunt; a viaque voluntarie declinant, quippe alij lubenter errant. Haudquaquam vivendum ad exemplum, sed ad iudicium; nisi in fatuorum iudicium, virtutis detur exemplum. Duplicit debet (qui manus directoris suscipit, ait Ductor N. Benedictus, Regul. Sanct. cap. 2.) doctrina suis praesse discipulis: id est, omnia bona & sancta factis amplius quam verbis ostendere. Eadem doctrina a virtute signatur, sed duplex exponitur, dum auditur & videtur: equidem quae auditur verbo, videtur in virtutis exercitio. Innuit Ethnicus lib. 15. Metam. fab. 51.

Iu.



Ovid.

Tura, legesque feret iustissimus auctor, Exemploque suo mores regit.

Seneca.

Igitur audax magnopere, ac improbus; alij virtutem qui predicat, cum sit reprobus. Quid faciendum sit (inquit Seneca, Epist. 98.) a faciente discendum est. Hoc est philosophiam in opere discere, & ad verum exerceri: etenim clarent oculis, quaque perceperunt aures; vivificanturque corda, quippe a verborum exercitio vita. Dicit Asertor N. ac Saluator: Verba que ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quorsum vita signantur, si spiritus prænuntiantur? Ut clareat quid vitalitatis a verbo, & quid a verbi exercitio: Christus quæ docuit, fecit. Plura verba in hominibus spiritus plenitudine, absque ulla vitalitate: asseritque Saluator a se prolata verba non solum spiritum, sed vitam esse; quippequam in verbis elucet vita, quandiu vixerint exempla. Vita sunt & spiritus sunt. Dicit Petrus: Verba vite æternæ habes, ubi ter mira excellentia apparent oculis. Verba vite æternæ habes, & nos credimus, & credimus, & cognovimus. Fideni habemus ultra fidem, quia habemus ex exercitio verborum plenissimam cognitionem: vitæ igitur verborum fulget cognitio, quippequam vitam verba acceperunt ab exemplo. Quid ni sit? Spiritus sunt, si vita non sunt: etenim haud ideo non eandem, propter laqueum atque declinationem directorum. Etiam si ipse (subdit SS. Benedictus ibid. cap. 4. instrument.) aliter agat, memor illius Domini præcepti: Quæ dicunt facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Graphice Jacob. Bugnot. hic.

Verf. 68.

Unde verba vitalia

S. Benedict.

Bugnot.

Etiam si mortua, in vitam audivenda Augustin.

Nō enim ob mores perit in passione potestas: Nec vitio patris castus honore gradus. Prævus enim retinet veri doctoris honore, Quando suas sacro dogmate pascit oves. Scriba licet vitij sorderet, Christe, iubebas, Quæ doceat hac feri, quæ facit, illa fugi. Sub superiori Hermetis metaphora docet Augustinus, refugij stoliditatem declinandi a virtute, corruptelæ mali exempli cum debeant duci in virtutem a virtute. Tam sunt isti absurdi & præposteri & miseri (inquit Homil. 50. cap. 13. libell. 50. Homiliar.) qui Præpositorum suorum malos mores imitari eligunt: quam per eos Domini præcepta servare: quasi quisquam vitator remeandam sibi esse existimet in itinere; cum viderit milliaria lapidea, literis plena, viam docere, & non ambulat.

re. Minime profecto relinquenda salus, quia læcet infirma valetudine medicus.

12 Vistos iam in concionatore sensus egens. Unde ergo constabit cura pungens? Ex pruritu vanitatis. Sese querit, ita ut nihil sapiat; ubi instans sapientiâ buccinat. Assentior sententiæ Petronij, sumenda cum grano salis. Minimum in his exercitationibus doctores peccant (inquit Satyric. fol. 2.) qui necesse habent cum insipientibus furere: nam si dixerint quæ adolescentuli præbent, soli in scholis relinquuntur. Sicut sciti adulatores, cum cœnas divitum captant, nihil prius meditantur, quam quod putant gratissimum auditoribus fore (nec enim aliter imperabant quod potant, nisi quasdam insidias auribus fecerint) sic eloquentia magister nisi tanquam piscator, eam posuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos; sine spe præde moratur in scopulo. Sane quali insidia meditanda in venatione cordium, terrena tantum sapientium; vt esca apposita in verbis hamatis concionatoris, corda expiscetur per curiosas aures. Cœli enim enarrant gloriam Dei. Fulgent, maxime quia vt alios moveant, moventur. Fulgent, & gloriam enarrant, quippe in narratione splendent. Opera eius annuntiat firmamentum. Lingua iuræ cœlestis auditor plausus; quippequam lux ministratur in opus. Perfecit igitur cœli, dum sideribus ornati: igitur cum ornatus cœlorum sunt virtutes prædicantium; nec virtus eminet, nec veritas fulget, etiam in cœlo, sine narrantis, vel enunciantis ornatu. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti.

Petron. Prædicator insidiari debet cordibus, minis, insidias auribus.

Psal. 18. 3.

Dan. 12. 3. Sine splendore non innotet.

Hoc præ omnibus orbibus mirifice ornatum, multiogâ luce fulgidum; vt annunciaret opera & cœlestia: & qui docti in enunciatione veritatis, atque narratione operis, fulgent sicut splendor firmamenti; quippe nuntianda in opus loquuntur cum splendore. Hisp. Mneve poco, ni se oye con gusto, quando salta al que predica la gracia y el lucimiento. Hoccine cum grano salis: siquidem sal optimum, si non cibus, sed cibi solummodo condimentum: æque igitur horret gustus tam persalsum, quam insulsam. Diffundi congruit gratiam in labijs, vt sententiæ sint gratiosæ, non festivæ: siquidem quia bene audiuntur, audiunt malè concionatoris facitiæ. Ita quippe ordinanda verba; vt non ammittat fructum eloquentiæ lepiditas, & flores haud carpat increpationis severitas.

Petron. Prædicator insidiari debet cordibus, minis, insidias auribus.

Psal. 18. 3.

Dan. 12. 3. Sine splendore non innotet.

Eloquentiæ flores in concionantem, non in cibus.

12 Datur Aâron Moyfi quasi lingua, et Pharaonis simulque subditorum prodigijs convertat corda. Converti Aâronica virga in meliora noluit, atque totam aquis suffocavit: malunt quidem improbi suffocari, & mori, quam converti. Orta ergo est ab æmulis de principatu contentio; quia ab his nunquam æmulatio de meritis, sed de officio: sapientiusque magis exandescit ira, modo viderint miracula. Deus contentionem dirimere statuit, ut magis Aâron, quem elegerat, fulgeret: & quia dum intervenit pro dignitate ambitiosus, duntaxat ausus valet reprimere Deus. Iubet ergo Moysen virgas accipere duodecim a principibus tribuum, atque ducere in Sanctuarium, vterque pro uniuscuiusque nomine in superficie summittat virge. Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonij; sequenti die regressus invenit geminasse virgam Aâron in domo Levi, & turgentibus geminis eruperant flores, qui solijs dilatatis in amigdalas deformati sunt. Paruit electio cœlesti singulari miraculo: dixitque Dominus Moyfi: Refir virgam Aâron in tabernaculum testimonij, ut servetur ibi in signum. Cur igitur in sanctuarium hancine virgam iubetur induci, & alias virgas expelli? Virga ita florens & fructificans hieroglyphicum est doctrinæ singularis. Vide N. Lauretum, Allegoriar. verb. Virga. Iam non est contentio, ubi tanta de directoris officio: igitur ille debet eligi, & a cœlo miraculis comprobatus, cuius doctrina habet flores & fructus. In signum virga Aâronica collocatur in Sanctuario, indicans quid debet florere in templo, ut corda vigeant detestatione vitiorum, & dilectione virtutum: igitur concionator adipiscitur votum, præitans eloquentiæ stoculis, optimis fructibus legis. Turgentibus geminis flores eruperunt, & qui flores fructuosus in sanctuario geminarunt, viso miraculo in arido ligno; quod inhære debet in concionantis loquio: siquidem sermo singillatim optimus, in quo cum floribus fructus: flores verborum, demulcentes peccatorum aures; erumpentes in fructus per penitendinam cordis. Virga Aâronica in sanctuarium refertur, dum terra aliarum virgarum reprobat. Haud servit muneri, cuius virga sine flore: equidem si virga indicatur prædicatoris correctio; qui adhærent vitio, sapientius excutiunt haudquaquam crimen, propter virgæ atiditatem: quomodoque loquendum designatur virgâ

Ambitio in requieta.

Num. 17. 8.

Verf. 10.

Concionator tantum flores, ut fructificet.

Excellenti utroque.

Aâronica; ut floreat, & fructificet prædicatoris doctrina: etenim rarè correctio, ubi virga sine succo. Eligitur Aâronica virga, quia præferatur concionantis verba: quippe mirabilis, si simul fructus & flores, miscens utile dulci, doctrinæ gratiæ ac sapore: siquidem cum flores alligant, & sententiæ doctrinæ corda transfadigan; tunc in illo plauditur divinum verbum, tanquam miraculum.

14 Natura aptat flores in fructus, quia fructus post florum tempus: gratia disponit simul fructus & flores, propter cordiam capturam ex illecebris auris. Si flores in fructum, submittitur eloquentia, ut ingreditur doctrina. Si flores in flores, profecto in concionatore cura pungens, quæ sese vult ostentare floridam, negligens ex prædicatione fructum: equidem illius fructus, haudquaquam quod prædicator audiatur, sed quod auditus criminibus medicetur. Auribus audivimus, thema est Tautologiæ nostræ. Non fat, Audivimus, cum additur Auribus? Minime signatur in geminatione perfectè auditus, sed vocum ællimatio, ac propositi contemptus. Audiuntur voces in conceptum mentis. Conceptus auditur a corde, vox ab aure: auditusque auribus dicitur, ut inaudium probetur: siquidem ubi nullus cordis motus, minime auditur, cum auditur tantum auribus. Claret surdus auditor, ubi duntaxat cum floribus eloquentiæ prædicator: ubi flores & flores sine fructu, corde immoto: igitur voces estò tubæ non audiuntur, dum audiuntur, ut audiuntur. Auditus vocum concionatoris necessarius, ut internum audientis fanetur vultus: & sine auditu datur auditus auris; quoniam vel voce auditæ remanent vulnera cordis. Unde ergo sapientia venit? Interrogat lobus. Perditio & mors dixerunt: Auribus audivimus famam eius. Hæc est auditio, vel surditas? Surditas in auditione, sine ulla utilitatis notitia, unde veniat, aut quò vadat vera sapientia: equidem signum perditionis & mortis audientis & concionantis; dum tantum auditur fama, & non auditur doctrina. Apert Seneca, Epist. 121. exponens philosophantium questiones, & questiones: tabularum leges & leges (licet ergo) & clamabis: Hoc quis ad mores? Ego, inquit, volo discere. Tunc intelliges, quid faciendum tibi, quid vitandum sit. Quid ad mores flores? Ad nihil valent, ni fructuum infans parentis referantur in concionatore fructum, quan-

Pessimus, si ille prædicatur.

2. Reg. 7. 22

Et ab illa doctrina, ut audiatur, audivitur.

Iob. 18. 20. 21.

Seneca.



quando designant audienti quid vitandum, vel faciendum. Discemus ab ipso. Stoico, quando flores gaudeant fructu. Orat concionator, auditur: infructuosè, vel frugiferè? Loquitur rosas: malè loquitur. Virtus gemmis turgentibus erupit in flores: adhuc imperfectè loquitur. Flores in fructus sunt deformati: ita loquitur perfectè, igitur per florum colores varios, ex fructibus eorum cognoscetis eos. *Placet vim præceptorum sequi* (subdit lib. de Tranquill. animi, cap. 1.) *recedo itaque non peior, sed tristior.* Dum sibi auditor de sermone placet, flores duntaxat à concionatore legit: igitur vim proculdubio fequeretur præceptorum, si contra se sese videret aversum. Si sibi ex auditu displicet, se sanè ægrotum agnoscit. Exit tristior, sed non peior: quandoquidem fructuum ex floribus copia, ex quibus in medicamen interna cognovit vulnera. Accedunt ægri in concionem, quasi in salutem: ne fugiant siccitatem virgarum, pellicit animos etiam in correctione dulcis amœnitatis florum; & licet languentium gravissimus morsus, prædicatores floriloqui ferunt uberrimos fructus; quippe florent, non ut lædent, aut delecent mulcimine audientes, sed ut curent artificio ex floribus ægrotantes.

Quando concionatur per fides?

Idem.

Ioan. 7. 46.

Qua arte audientes capiunt hamis?

modum curiositatis. Efficax sanè eius sermo; ac penetrabilior ancipiti gladio: igitur ut animæ vulnera aptam atque efficacem obtinerent medicinam, gladio sermonis vulneravit usque in animam. Sic loquitur, qui verbis plagis internis & incognitis medetur. Sic loquitur, cum alijs haud loquantur sic; siquidem ignorantes intentionem, haud valent, vulnera sibi insipientibus apponere medicamen: asseruntque prædicatore Christo, quod nunquam sic locutus est homo, ut constet doctrinæ concionantis efficacitas, dum magis illorum conabatur prævalere malignitas: igitur à Christo mirabiliter concionante sunt conversi, in ipsa actuali intentione peccandi. Vide dicta, Tom. 1. T. 3. D. 7. n. 2. En fructus prædicationis efficacis, quippe in fructum transiunt eloquentiæ flores, sine intuitu plausus; quippe ambitiosus & inutilis intuitus; cum debeat accendere prædicatoris zelum, honor duntaxat Dei, atque lucrum animarum.

Excellentia prædicationis Christi, & eius misericordie.

— Omnes sapientes suum officium aequum esse, colere & facere. Et si improbi aliter faciant, quam aequum est;

Tamen, ne quid magis simus magnopere obnoxii.

Nostri officium meminisse, decet. Discant fumentulæ ex Plauto in Stich. Act. 1. scen. 1. v. 38. Ideo ibid. respondentes officio plauduntur Sapientes: quippe non flores in flores.

16 Hæc cura quem pungit, lacerat, illaque patet concionator insipiens. Ac quid faciet culpa mordens? Canem mutum, non valentem latrare; igitur non medicus, qui mederi conatur, qua læcet peior ægro sanando, miserabili ægritudine. Non potest ullam auctoritatem habere sententia, ubi qui damnandus est, damnat: inquit Seneca de Remed. fortun. Nervosque, lib. 1. de Ira, cap. 14. Non enim æquus iudex aliam de sua, aliam de aliena causa sententiam fert. Nemo invenitur, qui se possit absolovere, & innocentem quisque se dicit, respiciens testem, non conscientiam. Unde Iuvenal. Satyr. 13. v. 1.

Seneca

Idem

Extẽplõ quodcumque malo committitur, ipsi

Displicet auctori. Prima hæc est ultio, quod se

Iudice, nemo nocens absolvitur.

Invenitur concionator tanquam medicus in ulcera, designans medicamenta; ve-

Iuvenal. Prædicator mutus, si legum peccatis obnoxii.

gum

rdm accretur à reprehensione vitorum, infirmitatum, si potest audire, Medice, cura te ipsum. Fulminat sententias uti index in causas, ne prævaleat vaga, si impunis, iniquitas: ceterum nulla pœna ab illo signabitur damnationis, si primò ruperit legem: igitur sententiæ haud ullam auctoritatem donat, quando qui iurè damnandus, damnat. Æqua lancibus statera iustitiæ; iudexque erit sine fronte; ubi aliam ferret sententiam erga eandem propriam & alienam causam. Haud quit placere simul & displicere peccatum, quippe proprium, vel alienum: etenim ne procedat toto rigore iustitiæ, quia culpa mordet esse vermiculo conscientie; manum apponit miserabilis ori: nemo nocens absolvitur, malum namque quod committitur (ut ultio patet, & illicò fiat) sese iudice, ipsi displicet auctori: tacetque eandem in alijs considerans causam; ne contra se ferre videatur sententiam: igitur haud valet, nec audeat crimen damnare, cum sit in crimine.

Ioan. 8. 6.

Alapid.

Augustin.

Nec audeat loqui.

peccato proprio præferebat confusio-nem: igitur cum lex ad omnes sit æqua, nec ab illa accipiatur ulla persona; intendentes lege cæci formine damnum, in accusantes fulminabatur iudicium. Ideo subdit Augustin. *Telo iustitiæ percussit* etenim vel pœna legis in omnes, vel nequaquam puniendum crimen mulieris: sine auctoritate supplicium sententia fulminat; ubi qui damnandus est damnat. *Unus post unum exibat.* In Christi sententia haud audiebant verbum, sed gladium: receduntque rubore pleni, qui ardentè pridem studebant accensationi; ut clareat ex simili timor atque tremor concionantis, modò in conscientia perlegatur culpa mordens: igitur cadens causà a criminum accusatione ac reprehensione recedit; si crimen in corde fovet. Iudicium utique concionatoris accusantis erit formidolosum, modò iustitia convertatur in iudicium.

Idem.

Qua de causâ?

Verf. 9.

18 At qui iuxta illam? Omnes qui recto sunt corde: equidem nescit morsu punctus stimulantis conscientie, *Quò se circumagat, quæ prima, aut ultima ponat.*

Criminosus sanè caspit in his queis magis inflammat. Quis confurget adversus malignantes? Quis stabit adversus operantes iniquitatem, ubi si mordet intorsus culpa, patet inanis prædicatio nostra? Dum viget cordis pravitas, quomodò peccator Dei enarrabit iustitiæ? Qua efficacitate incumbet in penitentiam, qui odit legis disciplinam? Qua fronte invehetur in peccatum, qui projicit iuris sermones retrorsum? Adulteros obiurgabit, qui cum illis audacter portionem ponit? Fures, qui cum illis currit? Os erit sacrum, abundans malitià in æquos, & lingua mendax perpetim concinnans dolos? Quo pacto increpabitur detractor, si qui loquitur, adversum fratrem suum loquitur? Quomodo mores eriget in ædificium, qui ponit scandalum? *Arguam te & statuum contra faciem tuam:* dicit Dominus. Tunc sese prospiciet, & erubescet: igitur vel sententia absque ulla auctoritate, defectu vitæ, vel in quo iudicio sententia in alios profertur, qui indicat indicabitur. Unde cum renuat sese damnare, arte decernit silere; ne arguat malitià, vel actutum comprehendatur in superbia: etenim superbi vel malignantis audacia, reprehendere reprehendendus, & accusare accusandus. Videat, quid dicit, quàm alios redarguit.

Psal. 49. 21. Insultiter increpat increpandus.

Mmmmm coera

Tom. V.



coëreer, vel penam propter crimina imponit: igitur si nocens ac noxius quamcumque fulminat penam; profecto statuit contra faciem suam.

19 Dignum namque reflexione, quod à Domino suis pradicatoribus præscribitur institutum singulare. Isaia dicitur: *Clama, ne cesses*, Ezechiel: *Loqueris & non silebis*. Paulo denique: *Loquere, ne taceas*. Ad dandam scientiam salutis, eliguntur profecto prædicatores: quis enim illorum loquitur, ita ut loquendo non taceat, & clamando sileat? Qui gravatur crimine aliquo quam audientibus dat vitio: tuncque tacet, dum supplicium flagitiorum exponit, vel quia quod facit nequit damare, vel quia super se nequit iudicium imponere: equidem si crimina damnat, sese iudicio condemnat. Ut oburgent sermonibus à lege deviantes, constituantur in munus prædicatores: illisque imponitur loqui, & loquendo non taceret: quia qui vivit & prædicat iuxta legem, habet in voce virtutem: sicut prædicans peccator, ne prædicatione condemnatur, etiam loquenda non loquitur. Ad rem Homerus Hellenismo patrio, 4. *Odyss.* v. 777. inquit: *Concionatus est & satus*. Qui sine peccato est, mittit fidenter oburgationis lapidem, ut in audientium corde moriatur crimen. Qui crimini obnoxium sese videt, à vituperatione criminatores, quia criminofus, recedit: & dum de victiorum turpitudine concionatur, nequam quam loquitur; siquidem inultus eadem obiturganda iniquitate, nec audeat hifcere. Hinc immaculatis concionatoribus dicitur, non cessare in clamore, in sermone non tacere, atque concionando loqui: quippe non habent mordentem culpam, cuius agant penitentiam, atque suscitentur vox, ponendo in pulvere os suum. Conscientia concionatoris confert audaciam, ut zelus in iniquis iuxta leges det sententiam: ceterum si culpa præcordia stimulo mordet, vox concionantis penitus faucibus hæret.

20 Perpendatur (estò breviter, igitur Didascalica in longius protrahitur) articulus Propheta, qui super Sion à Domino fuit constitutus, prædicans præceptum eius. Ab hoc ergo cum inique, atque præve defecisset (quanta mala, si cohærent & potestas & iniquitas!) sub ingeniosa metaphora, ut altius propria ingingeretur sententiâ, sub capite alieno crimen execrandum Nathan exponit: David audit, enormitateque percussus ex-

Isai. 48. 1. Ezech. 24. 27. Ad. 18. 9.

Loquendo tacet.

Homer.

Eius in vitia audacia dicendi, à conscientia puritate.

condens dicit: *Vivit Dominus, quoniam filius mortis est*. Iustissima prorsum sententia (subdit Nathan) & rectum iudicium tuum. *Tu es ille vtr.* Audiens qui morfus expavit, conscientia pupugit, excitavit dolorem, dolor cordis penitentiam, qua fractum contritum cor, igitur ut Deum fugeret, confugit ad Deum. At hoc aliâ: adi Augustin. quò suprà. n. 11. cap. 14. & de *Verb. Domin.* serm. 10. Cor igitur qui ita excaudat indignabundus in auditum flagitium; se ream videns, nec loquitur verbum? Culpa momordit, & tacuit. Prius non cognita culpa ut propria, sed ut aliena: & ubi iudicium mortis protulit, obnoxius crimini silet; quoniam quodcumque proferret verbum, inferret sibi iudicium. Nemo invenitur, qui se possit absolvere, quàm damnatur: igitur ne inficietur eiusdem causæ, eiusdem penæ consortem; non minorem quam conscientiam habet in pectore testem. En prædicatoris taciturnitas, nisi absit prævitæ; eius tacente lingua, qui super Sion Dei prædicabat præcepta: equidem cum conscientia puritas eloquio ministrat vires, & morfus culpæ gravis adimat à voce voces; qui audacter digladiabatur, confusus nec verbum loquitur.

21 Elucet modo concionatorum defectus, & quare cassus prædicationis fructus: igitur si plus à moribus, quàm à vocibus oritur; voces minime audiuntur, si in moribus non videntur. Intendite in præfatum prædicantem, præceptaque Dei auditorio expedit proponentem. *Clamor meus* (inquit) *in conspectu eius, introivit in aures eius*. Clamor conspectus, vel auditus? Auditus utique; ideo introivit in aures: quo igitur pacto expositus coram oculis? Ut claret, quando concionator auditur, vel non auditur. Vitâ prædicantis aperit vel obturat aures audientis. Claudat si deviat à iure: pandit, si respondit legi: clamorque exponitur introductus in aures, dum loquuntur vocibus prædicatores; quia quæ percepta ab auditu, moribus aptis ostenduntur in conspectu. Mores videntur, voces audiuntur: non audiuntur, modo aliter quam prædicatæ videantur: clamorque quædam videtur, qui duntaxat aures auditur; quippequam per ea quæ fecit, in corda audientium per oculos introduxit. Difficile videtur, posse à prædicatore cognosci, an sit, vel non sit à populo auditus: asseritque Pfalter, quòd *clamor introivit in aures eius*; igitur tunc perspicaciter audit, ubi

2. Reg. 12. 5

Verf. 7.

Sicut stentium a conscientia reâ.

Psal. 17. 7.

Quomodo eius clamor videtur?

Plin. Cur aures in homine immobiles.

Verf. 8. Malacod.

Ovidi

Orven.

Senec.

Musica dulcior ex diffinitudine vocum.

August.

Cantus in amante novus, amor novus.

ubi felix audita in prædicatione videt. Diximus in *Liter. Exposit.* n. 10. Aures homini tantum immobiles. Oculi, palpebræ, labia, & lingua possunt immoto moveri capite: at aures non solum immotæ, sed immobiles sine motu capitis. Aliquid innuit huiusmodi collocatio, ut confert audita vel non audita ab auribus concio. Aures in illa audientes sunt: concionator caput est: aureisque moventur motu capite, & immoto non moventur; quoniam immoto capite prædicatoris in prædicatos mores, minime in fidem doctrinæ moventur aures. Iccircò addit David: *Commota est, & contremuit terra*. Maluend. *Impetu concussa*: scilicet, hominum lapidea corda: siquidem cum verba in opus videantur conversâ; criminibus contremiscunt, ac in penitentiam commoventur. Ex concussione lapidum ignis egreditur: corque impetu vocis vise prædicatoris concutitur; quippe penitet contremiscens, dolens de crimine, & commotus inardescit ex amore. Ita ergo prædicator clamat, nec cessat: aliter (ut ait Ethnicus, 5. *Metam.* fab. 11.)

Loquendo pugnat.

DIDASCALIA V.

Omnia vincit amor.

Audienda non aure, sed corde musica insignis ex meditata contentione odij scelesti, & delictiosi amoris: summa enim harmonia oritur ex dissonantia.

Inter dissimiles voces concordia maior. Accinit Ovven. lib. 2. *Epig.* 195. Stoicofque. *Natur. qq.* lib. 7. cap. 27. inquit: *Tota huius mundi concordia ex discordiis constat*. Haud esset ita in amore vox dulcis, nisi ex opposita amaritudine vocis. At unde vocis hinc novæ nova dulcedo, ut aures pertundat vocum præcarum amaritudos? Aitruit Augustin. de *Tempor.* serm. 256. *Quod canticum novum, hoc Dominus dixit Mandatum novum, Quid enim habet canticum novum, nisi amorem novum? Cantare, amanti est. Vox huius cantoris, fervor est sancti amoris*. Appositè quidem: etenim inaudita novitate Christus, cum amaret quos dilexit, non solum vocis demonstravit modulamen, sed ex amore vocis prolata fervorem; quippe vocis fervor ad suavitatem celeberrimæ musicæ, non ab ore, sed à pectore. Innuit

Tom. V.

compilerator *Proverb.* Euripid. n. 6. *Res mira dictu, ut cuncta consensu novo Amanti & olori congruant divinitus*.

Euripid.

Pariter canorus uterque. Contemplatur igitur proprietatem. *Hominibus cygnus præstat* (inquit Alian. de *Histor. Animal.* lib. 2. cap. 32. & lib. 5. cap. 34.) *non modo enim novit, quando ipse appropinquat, ut moriatur, sed ut placidissimè ac lenissimè mortem ferat, à natura est præclarissimum donum consecutus. In morte enim nullum acerbi doloris sensum inesse se in optimam spem induxit: bomines autem, quòd nesciunt, id exhorrent. Olori tanta animi est tranquillitas in extremo vita spiritu, ut sibi quasi epicedium canat. Quòd autem præ læticia, potius quàm præ tristitia patet, nullam avem in tristitia canere: non enim ciam dollet, & magnam animo versat molestiam, ottum & inducias ad cantum sibi invenit. Succinit Ioann. Iovian. Pontanus, lib. 1. *Eridan.**

Elliani

Olor medullatur proximam morte.

Iovian. Pontan.

*Cantando moritur, sentit nec tædia mortis. Quin cantu vitam ducit, & exequias.*

Addit Greg. Nazianz. *Epist.* 1. pectore, non ore melodiam edere. *Tanquam à cygnis quisque musicam audiat, cum Zephyro pennas nostras instandas permitimus, ut suave quiddam & concinnum inspiret. Olorum.* (aitruit Pier. Valerian. lib. 23. cap. 6.) *plume identidem afflata eo surriguntur; quippe que repercussu venti commoventur. Unde Ioachim Camer. Centur. Emblem. 23. & 24. inquit Dulcesonum mollis Zephyrus demulcet olorem.*

Greg. Naz. Succinit alit. Pier. Val.

*Ipsa suam celebrat sibi mens bene conscia mortem.*

Camerat.

Adit in ampliora, si desiderantur. *Isidor.* lib. 12. *Etyimolog.* cap. 7. *Petr. Berchor.* in *Reductor.* lib. 7. cap. 24. *Grannusye, de Propriet. rer.* lib. 12. cap. 11. *Platon.* in *Phædome.* *Cicer.* 1. *Tullian.* 99. *Conrad. Gesner.* de *Avib.* lib. 3. *fustque Ulysses Aldroyand.* de *Avib.* tom. 3. *Ornitholog.* lib. 19. cap. 1. *Hinc Plutarchus in Sympof.* lib. 1. cap. 5. *infit: Amor musicen docet. Ab amore ad omnia, & novarum rerum studium mirè infundit. Hoc motu conciti solam vocem ad cantandum & ad modulandam convertunt: qui supra cetera divinitus afflatur, tam corpus, quàm vocem de statu suo & gradu dimovet ac deflebit.*

Plutarch.

Quomodo musica ab amore

3 Non silet, qui amore ardet, imò altius concinit. Hinc de cygno epigramme à Berlingero *Gesio: Emblem.* 11. *Extremam caput in horam. Ovidiusque, 3.*

Berlinger.

Mmmmm 2

Trij.



Ovid. *Carmina iam moriens canit exequalia cygnus.*  
 Quid meditentur aves? Quorsum mira fictæ conditiones? *Fabula, seu verum canitur?* Ita claudianus, lib. 3. de *Laudib. Stilic.* v. 231. Respondet Tertullian. Carm. de *Sodom.* v. 117.  
 — *Habet in falso de vero fabula famam.*  
 Ioan. 13. 1. *Intendite. Scelus Iesus quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo, adinlar cygni, cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in sinem dilexit eos: In summum, supremumque; uti observat D. Thom. Si adinlar cygni, Cantavit: verum Dilexit? Sanè. Qui dicit amorem novum, novam, exprimit canticam. Cantare amantis est. Vox huius cantoris, fervor est sancti amoris. Dum redemptionem humani generis animo versat, tanta tranquillitas; ut sibi non amoris, sed ex amore epicedium suave canat: igitur præsentens mortem, egressus*  
 Matth. 26. 30. *est è cenaculo: sed hymno dicto. Non novum in amore canticum; mirari oportet in canticum amorem novum: equidem ut sonaret quiddam super cætera modulamina suave, voces haudquaquam ab ore, sed à flagrante in respiramina pectore. Non à lingua, sed ab alis oloris cantica. Hoc intuitu in canticum summi, supremique amoris Christi præ se fertur scientia. Scelus dilexit. Homo ignorat, quom diligit; igitur eius amor à verbis, non uti in cygnis vox amoris ab alis. Audivit Ezechielus ex Cherubinis, uti scientia plenis, vocem alarum, percutientium alteram ad alteram, & vocem commotionis magnæ: quippe iurè commoventur corda, ab illis audita musica, scientiæ ita plenitudine ordinata; ut minimè sonus esset à modulis mellidis vocis, sed à cordis ardentis alis flammivomis. Extremam Christus canit in horam, ut novam audiamus musicam; canticum novum; mandatum novum, amorem novum. Cantare amantis est; sed noviter, singulariter cantare, nimio designat amore flagrare cor. Iam sunt à pectore voces, quippequam amor in summum, atque supremum pervenit. Ascendit super Cherubim, & volavit. Hicne modus non solum est amor pectoris, sed fervor amoris: igitur ab alis cordis dulcifonus clamor, ut cognoscat dilectionis fervor.*  
 4. *Scrutemur, ut audiamus amantis voces canentis. Cum dilexisset, dilexit.*

Quid hoc, & ficine? Tempora distincta iungit in corde, qui in tempore dilexit sine tempore: equidem etiam horam habuit tantum habuit, ut transiret. *Cum dilexisset, dilexit.* Dilexisset diligere: Non illum amoris pœniter, quamvis ingratis esse & fore sciebat & fuisse. Sciebat quisnam esset, qui traderet, sed dilexit. *Cum dilexisset, dilexit.* Tempus præsens desiderat in flamma præ amantis præsentia; verimne absentia obrepat, describitur hora: diligereque diligit, cum dilexit; quia nulla hora vel levissimum momentum, quo non amet: siquidem cena facta; ut conler amoris & amantis præsentia. Videte an amor pervenerit usque in summum & supremum; ubi ultra nec cogitabile aliud. Aliquid in dilectis, velint nolint, exprimitur, quo intensior apparet amoris fervor. Amplius utique percipitur cygni candor, ubi nigerrimus color.  
*Certius ut feriat dubios color ater ocellis, Possit ab opposito lumen, operemque suo.*  
 Modulatur Ovven. quò supr. *Epigram. 197.* Dilexit Christus, cum dilexisset, in sinem. Alij, ut vidimus alibi, legunt: *in contentionem.* Contentio inest inter hominem à Christo dilectum, & inter Christum eximie philanthropum. Hic, cum dilexisset, dilexit: ille haud nutrit amoris flammam, si invenit *Postquam*: postquam dilexit, non diligit; quia non præ amore, sed in amore languet. Cum dilexisset Christus, dilexit: homo nec amat, eam si dilexisset: etenim si ingratus aliquomodo, aliquid, aliquatenus videtur, insuscitabilis prorsum flamma pectoris extinguitur. Christus dilexit, cum dilexisset. Homo præsens diligit, ac absens ab amore recedit: equidem cum nec horam habeat, etiam vehementer diligit; frigidus patet ignis in pectore fervor, quippe in corde dum vivit, moritur amor. *Non est Deus extra te, in omnibus que audivimus auribus nostris:* dicit David ob magnalia facta pro Israël, igitur non fecit taliter omni nationi. Quid, si videret Christi in cenaculo amoris extremum? Quid, si audiret amantis canticum novum? Divinam hauriret dulcedinem: equidem videret nobis, habentibus proximam aurem, nihil conferri posse consonantia modulaminis, in omnibus; que audivimus auribus nostris.  
 5. *Exploretur vox canentis in tacturna demonstratione amoris, simulque Chilli erga homines, Patremque articulus; igitur constitutus rex ab eo super*  
 Sion,

Excellentia amoris Christi.

Ovven.

Futilitates amoris humani.

2. Reg. 7. 22

Verf. 5. *Suum Christi amoris demonstratio in ablatione pedum.*  
 Sion, montem sanctum eius. In eius ergo cenaculo, ut oblitusceret eelum, deponens vestimenta sua, *capit lavare pedes discipulorum.* En in pelvi amoris flammam, quia tacite elevaverunt flumina vocem suam; vocalesque dilectio fecit undas, igitur vox Domini super aquas: quandoquidem maior sonus ab aliis demonstrationum, quam à vocibus aquarum multarum. Ita ex discipulis fecit coronam & Altissimus dedit vocem suam. Pro scientia vocis amoris, conferens Salomonis scientiam, de se dixit sciens Iesus: *Ecce plus quam Salomon hic.* Plus, & cum demonstratione: *Ecce.* Ecce in fidei demonstrationibus plura, quæ mirretur & miratur subillor intelligentia. Quid igitur sciens Salomon ingeniose meditatus est, ut sciens N. Alector sapientius excogitaverit plus, & annuncie-mus inter gentes studia eius? *Ferculum fecit sibi Rex Salomon, columnas eius argentæ, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constravit.* Varia apud interpretes lectio. In medio eius posuit Amorem. Pavimentum ardebat amore. In medio erat ardor Amoris. Ignitum erat medium charitate. Adi Ma-luend. & Alapid. hic, videque dicta tom. 2. T. 4. D. 5. à num. 2. Alij per *ferculum.* Intelligunt lancem, discum, seu parapetidem missumve cibi, quia in illo cibibus convivijs interebatur; ut videri est apud Lal. Polluc. & Nonium, Commentatorumque Iuvenal. in illud *Satyr. 1. verf. 94.*  
 — *Qui fercula septem Secretò cenavit.*  
 Unde ut hic observat Isaac. Grangæus ex Fulgentio de *Prisc. ferm.* Ferculum dicebatur *Missus carnis.* Hac ergo de causa tam Alapidè, quam Ghisler. Ferculum Salomonis vocant Eucharistiam, in qua Missus carnis verè cibi sub accidentibus panis. Plus ergo fecit hic Christus: igitur sibi ferculum dantaxat introxit Salomon, & Christus se fecit ferculum omnibus. *Ecce plus.*  
 6. Ergo in convivium nuptiale fecit Salomon ferculum, live cenaculum: quod quidem triclinium ita erat ornatum; ut haberet columnas argentæ, reclinatorium aureum, assenium purpureum, ac in eius pretioso pavimento erat perpulchra amoris imago. *Medius ipse incensus amore. Medium ferculi venet ardens.* Ita Hebr. Icciredò sub nomine charitatis, quæ ita depingitur à Chartario sub titulo co-

lestis Veneris. *Dea ergo (ait fol. 343.) in curru nuda, myrto capite cinctâ, ardentem facem pectoris, dextra mundi figuram, sinistra mala aurea tria ferebat: post etiam erant nuda Gratia, nexis manibus poma gestantes, averfis invicem vultibus dona conferentes: iugales quadrigæ aderant gemini cygni, totidemque columbe.* Prætermitto applicationem & quia facilis; & quia alibi, etiam alio, fuscè descripsi. Appositus hic in *Liter. expasit.* pingitur ab Alapide. *Virgo (infit) sacre rosea, sed ardenti cyclade cocineâ amictâ, alis instructa, in capite gestat coronam auream, carbunculis distinctam & effulgarantem: digitus ornatur annulo, pyropis radiante: unâ manu gestat cor rubicundum, flammam vibrans, alterâ arcum & sagittas ignitas. Hac est imago expicta in medio ferculi.* Unde videtur, Salomon cenaculi (ubi ferculum) ornatè pavimentum præstantissimum, imagine Amoris, cor in manibus, atque sagittas gestantis. Hac pervenit Salomonis scientia: Quid sciens excogitavit in cenaculo Iesus? Ecce plus quam Salomon hic. Plus & plus uti scivit, diligens usque in summum excogitavit: igitur cum se amaret cenâ facta ferculo in uno dedisset cœlesti pane, omne delectamentum in se habente; plus quam Salomon scientificus in cenaculo apparuit, dum dilectionem, se potius, extremæ fidei exhibitionem ostendit: equidem si Salomon collocavit Amorem sub pedibus convivarum, Amor Christum conculcandum projecit ad pedes discipulorum. Ecce plus quam Salomon hic: etenim plus Amor scientificè operatur, quàm impellit, quàm dum impellitur. Ibi Salomon Amorem impellens expulit: hic Salvatorem Amor impulit: quandoquidem illum congenulavit procumbentem pedibus, cui Pater cœlestis omnia dedit in manus. In novarum rerum studium amor intendit: & amore novo in contentionem Iesus scienter amavit; quippe in Christo fecit impulsus, quicquid Amor sub scientifico Salomone passus. Qui sub pedibus impulsus sub Salomone corruit; Christum deflexit, ut sub pedibus discipulorum post cenam caderet: igitur haud fuisse plus quam Salomon hic, ni demonstraret in amoris flamma plus.  
 7. Plus ergo: instituit convivium, ut affectæ vitam haberent in morte, metamorphosi singulari singularis amoris; ita ut viverent conviva vita in vitam invitantis. Ornatu triclinium, quippe ostentum

Chartar.

Alapid. Imago Charritatis.

In quo sum ma amoris Christi in cenaculo.

Eius humilitas quant?



sum in munus cœnaculum magni lra- tum. Quid ergo ibi? etsi aliò, cecinit Orpheus in Argonaut. à v. 505.

At postquam Oceani latuit Solmersus in undis,

Orph. Lunaque nocturnum stellis induxit bonorem,

Fecerat insedens par illos gratia charos, Appositisque suum est dapibus testatus amorem,

Et panis cumulis dono dat ferre per altum. Etsi insignia in triclinio Salomon sapiens depinxit, plus & plus Iesus sciens in cœnaculo fecit: igitur ibi solummodo tantam in imagine species, hic verò entitas haud simulacrum amoris. Ibi cum Gratijs amoris effigies, estò procumbens eiaculabatur flammam, ostendens cor, flectens arcum & sagittas. Hic amoris munera commutat: cuiusque insignia divisa: equidem cum Christus ad pedes illorum, quos diligebat ut suos, iaceret uti Amatus genuflexus; etiam Iuda ostendebat cor & gratias, quanvis proditor retorqueret in diligentem, seu in amorem sagittas. Fert tacitus, vivit, vincit divinus amator. Ita succinxit Achil. Bocchius Symbol. 143.

Quanta patientia!

Achil. Bocch.

Vixit Christus in igne amoris, & vicit: quia tanta fassidia generose pertulit. Calla sane gratia, despecta frigide à perfidia ingrati cordis, dum non imaginem, sed ipsam amorem habebat ad pedes. Haud valuit Christi pectoris flamma, estò in perduellem vibrabat ardentia fulmina: quem taduic gratiarum per innata, villis pervicacie impulsam, etenim nunquam impudens capito desitit, quousque amantem & amorem proculcaret. Quam dulciter in gratiam vocabat, etsi traditorem sciebat! Quam suaviter reducere conabatur in ovile ovium, errantem sicut ovis quæ perit in præcipitium! Quam fortiter intendit arcum, ut sagittaret in oculis corde pessimum! Sed invalide, quippe proditor errabat corde, ita effrons in vocantem, ita ingratus in eximie diligentem; ut quò maior cordis vehementissima flamma, eò perfidius in amantem retorqueret tela & tela. Medium ferculi tenet Amor. Proditoris pectus furor: fugit amantem, fugit Amorem. Hic quantumvis calcatus & proculcatus, stat. Ecce pius quam Salomon. Siciebat oblationem, sciebat discipulum perduellem, sciebat protervum, sciebat peridè ingratum; & intensusque amavit, plusque fecit, plusque sciens sapientissime docuit: igitur sine ulla redactione cum dilexisset, dilexit.

Suavitas eius amoris, et repulsa.

8 Amor confertur plumæ horologij (vulgò: *Volante*) quippe ita stabilis, ut vel volando sit fixus: Ideo Seraphim stabant & volabant in throno, siquidem per illos amoris demonstratur plenitudo. Amor ita in horologij cacumine pictus, sedebat alatus cum trophæis & cithara, cuius lemma (ut observant Oclav. Strad. tom. 3. Symbol. & Silvest. à Petra-Sancè. lib. 6. cap. 12. ex quibus Picinè. Mund. Symbol. lib. 23. num. 17.) *Hæc mihi tuba*

Amor volando fixus. Strad.

Aliter ego: *Afficit & conficit*. Siccior elacet ingenium Amoris, dum sedet & volat & musicæ triumphat, in horologio signata victoria & pugna, simulque triumphus; quia exivit vincens ut vinceret, ut venit hora eius. In theatrum amoris & triumphus Redemptoris: verum de quibus hinc triumphus? Dicit Evangelium. De firmitate in amore non est dubium. Canamus ex Ethnico, quippe ad rem, lib. 4. *Triph. Eleg. 3. v. 13.*

Credo quod est, & vis: ac desine tuta Oria vereri:

Deque fide certa sit tibi certa fides.

Etenim quantumvis infidelitas dilectorum vulneravit cum suos dilexisset, usque in finem dilexit. Triumphus ergo fuit de Tempore, Absentia, & ingratitude. De ingratitude, *Sciebat, quisnam esset, qui traderet eum*. De tempore, dum signatur *Hora eius*. De absentia profectò, *Ut transiret ex hoc mundo*. Hi sunt hostiliter adversarij, quos in cœnaculo debellavit, expugnavit, subiugavit amor Christi. Accinxit aliò intentus Claudianus, lib. 2. in *Rufin. v. 225.*

Triumphus amoris Christi, & de quibus.

Clandian.

Et sibi quisque trahit. Magno certatur amore:

Alternamque fidem non illandata læcessit Seditio: talique simul clamore moventur.

9 Caterum priusquam musicam audiamus & melodiam, igitur citharam efformavit in tubam; diligitur tanta dilectionis causam. Quamnam erit ergo ut sic diligitur homo? Cum dilexisset dilexit: dilexit, quippe dilexit: dilexit, quoniam voluit: & tanto amore, quia voluit ita diligere; an in hominum cordibus scintilla excitaretur aliqua, quia in dilectione voluit diligere ita: unde dum quæritur causa, apparet nulla in amore, nisi diligerè velle. De se, quia ita placuit, movit; & cum suos dilexisset, dilexit, quoniam dilexit. Exiit à Patre, & venit in mundum, iterum (pro Modò) relinquendum, & vado ad Patrem: dixit discipulis Assertor N, ascensus in celos. Quorsum tendit

Ubi supra. Excessus amoris.

Ioan. 16. 28

Iterum pro Modò.

dit Christus huiusmodi antistrophe, antimebolæ; verborum scilicet, retractioe aut regressione? Sublimitatem (ni fallar) amoris Patris, siquidem in homines expressit: igitur sic *Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret*. Insigne sane donum, quia non Angelum, sed filium misit in mundum. At stimulat mentem, scire, cur dum filius mittitur incarnandus in terras, divina eius demonstratur nativitas, ut clareat amor pretiosà demonstratione; eò quod mitteretur, qui exivit à Patre? Dicam, quid cogitem. Filius atque singularis pateret eius dilectio: igitur nulla maior causa in dilectionis vehementiam, quam nullam habere causam. Gratis utique qualibet (quid summas?) dilectio, ubi à mundo in amorem aberat ratio. Elucet quid sit illud, *Dilexit, cum dilexisset, & sciens Iesus dilexit*. Cum ratione, nullam rationem in mundi amorem cognovit, & sicine cum dilexisset, dilexit; quippe amoris eius pectoris insigne, non intendere in mundum, sed in amorem. Causa sobest, nulla causa, præter amoris incendium. Ratio amantis est meritum dilectorum: ratio singulariter amantis, nullum in dilectis meritum: & Iesus sciens cum dilexisset, dilexit; quia ultra meritum contrarietate causæ, dilexit diligere etiam indignos amore. Sapientia rerum terminos novit (inquit Seneca, *Epist. 94.*) omnes tenet. Si sapientia ut omnes teneat, terminos novit, Amor transit: equidem cum sese propter se moveat, ut dilectionem ultra finem dirigat; sciens terminos amavit, quia terminos quos cognovit, in amore ex amore transilivit. Vigilanter Hispanicè: *No tiene terminos*. Sic dicitur de illo, qui honoribus acceptis non respondet: Christusque terminos sciens, cum dilexisset dilexit; quippe intelligens demerita (queis compefctur flamma, amor sopitur, ardor suffocatur, ignis friget, furor ardet) transivit terminos, quos mundus habebat, & quos nisi summo amore, qui ita dilexit, præterire non poterat. Theatrum in cœnaculo apparet, omniaque Amor vincit: igitur Iesus amore dirigens in hostes actem, ut claretur triumphus, *dilexit in contentionem*. Vide dicta, *Tom. 1. T. 3. D. S. num. 8.*

Antistrophe. Id. c. 3. 16.

Quantum Dei amor, filium mittens in mundum!

Quo est?

lium in mundo incarnatum aspiceret, erga hominem ostenderet charitatem; sed non nimiam, quippe habebat rationem in dilectionem. Exiit ergo à Patre, & venit in mundum; modoque reliquit mundum, & vadit ad Patrem. Quo intuitu ad Patrem, relinquens mundum tot in præfuris; si propter amorem mundi ipse descendit de cœlis? Ut eius rutilaret excellentia amoris, sicut præstiterat Patris. Si Christus ratio Patris in mundo esset, iam esset causa, ob quam homines diligeret: abestque corpore à mundo, ut mira atque singularis pateret eius dilectio: igitur nulla maior causa in dilectionis vehementiam, quam nullam habere causam. Gratis utique qualibet (quid summas?) dilectio, ubi à mundo in amorem aberat ratio. Elucet quid sit illud, *Dilexit, cum dilexisset, & sciens Iesus dilexit*. Cum ratione, nullam rationem in mundi amorem cognovit, & sicine cum dilexisset, dilexit; quippe amoris eius pectoris insigne, non intendere in mundum, sed in amorem. Causa sobest, nulla causa, præter amoris incendium. Ratio amantis est meritum dilectorum: ratio singulariter amantis, nullum in dilectis meritum: & Iesus sciens cum dilexisset, dilexit; quia ultra meritum contrarietate causæ, dilexit diligere etiam indignos amore. Sapientia rerum terminos novit (inquit Seneca, *Epist. 94.*) omnes tenet. Si sapientia ut omnes teneat, terminos novit, Amor transit: equidem cum sese propter se moveat, ut dilectionem ultra finem dirigat; sciens terminos amavit, quia terminos quos cognovit, in amore ex amore transilivit. Vigilanter Hispanicè: *No tiene terminos*. Sic dicitur de illo, qui honoribus acceptis non respondet: Christusque terminos sciens, cum dilexisset dilexit; quippe intelligens demerita (queis compefctur flamma, amor sopitur, ardor suffocatur, ignis friget, furor ardet) transivit terminos, quos mundus habebat, & quos nisi summo amore, qui ita dilexit, præterire non poterat. Theatrum in cœnaculo apparet, omniaque Amor vincit: igitur Iesus amore dirigens in hostes actem, ut claretur triumphus, *dilexit in contentionem*. Vide dicta, *Tom. 1. T. 3. D. S. num. 8.*

Christi bonum dilexit gratis.

Ubi supra.

Quenam ratio amoris, & quenam amoris singularis?

Senecæ. Amor terminos transit, quos scientia novit.

Bibl. Max. num. 8.

11 Musicæ in conspectu assumitur cithara. Hæc illi tuba, ut hostes & afficiat & conficiat: afficiat, si voluerint audire: conficiat, modò plauerit contendere. Vox namque erit tonitruum magni, vel cithara



Charædorū musicæ: igitur in utrumque  
Apoç. 14. 2. vox maiestatis intonuit. Sapiens ostendit  
amor Christi. Scient. Quam ergo  
facultatem flammâ ostendit charitatis?  
Scientiam vocis, Salomon ait, qua con-  
stat plus quàm Salomon hic. Sagittæ, ful-  
gura & voces. An voces in & ad homi-  
nū pectus, ut fugiant à facie arcus? An  
quia clamat ad corda, ne torquere cogat  
trifidula fulmina? An in musica tot &  
diverse voces, ut subijciamur amoris sa-  
gittis? Voces nubes surdis auribus dede-  
runt, sed sagittæ retortæ transeunt &  
transeunt. Alcius pulsat vox dilecti, qua  
quidem vox dulcis, quia vox amoris can-  
tantis: igitur scientia vocis, singularis so-  
ni, in scena cenaculi, certamine miro, vo-  
ceque harmonica descendente de cælos  
Trinum superavit dilectionis hostem,  
Tempus scilicet, Absentiam, Ingratitudi-  
nem. Hanc vocem nos audivimus de cælo  
allatam, cum effemus cum illo in monte  
sancto. In cenaculo cum proximè vide-  
ret crucis lectum & lethum, incepit subli-  
me adinstar oloris deliciofissimè canti-  
cum. Proportio maior datur in musica,  
quæ quidem mutua in dilectione relatio,  
reciprocaque in officiorum exhibitione  
contentio. Hæcine obsequia sunt forma  
musicæ amoris, melodia cordis & auris,  
& in scientia vocis Christi maior forma-  
tur proportio; quia nulla à cordibus dile-  
ctorum redamatio, cum nec vocem qui-  
dem in gratias promeret ingratitude.  
Absentia extra chorum canit (si fallis,  
qui canit extra chorum) qui ab amore  
absonè auditur, igitur amor absentia in  
musica defleat & delabitur. In qualibet  
eius voce charitas cordis humani perit,  
tonusque cadit: Christi secus, quia chari-  
tas nunquam excidit: etenim in absentia  
fieriorem ostendit modulū, cum eius  
vox nunquam intonatet lapsū. Tempus  
ut instabile mutat continuo musicæ cla-  
ves, quoniam duntaxat minorizat muta-  
tiones. Vulgò: Mutantur. Necessarium  
est, illo canente, successive ascendere in  
musica, ac descendere; igitur ut tempus,  
sine tenore. Si aliquis, stat in momento,  
vel instanti velocissimo, qui nec tonus,  
neque tempus. Sequi tonum omni tempo-  
re, tempori prorsum difficile, amari verò  
blandimur, quippe semper in perseveran-  
tiam modulamen: quando quidem ubi vo-  
cis scientia, indurtriā summā, amor sequit  
punctum, est tempus mutet tonum.  
Summitas est in musica eiusdem vocis te-  
nor & consentientia, ut constet modulami

Qui sint  
tres hostes  
amoris

Eius cer-  
tamen &  
triumphus.

nis forma, Superius intonat vox charita-  
tis in tempus scientiæ vocis: haud amor  
uti tempus: semper in musica ac in voci-  
bus phthongus: equidem voces ex scientia  
ad firmitatem aequales, dulcis tenoris;  
quantumvis mutetur signata tempora &  
claves. Tempus & amor in musica vo-  
cum dissonant: sed temporis mutationes  
amorem canentem elevat: igitur in  
Christi pectore ignis perseverat flamma,  
dum ab inconstantia temporis duntaxat  
canitur fuga.

12 De motu Mercurij in musicam  
Planetarum, ac Plinius, lib. 2. cap. 22.  
Mercurius movetur phthongo. Egimus  
obiter in Exposit. Liter. à n. 25. & ex pro-  
fesso dicemus, Tom. 7. T. 8. Motus phthongus  
sui similis in musica est, eodem semper  
& aquabili soni tenore. Mercurius Sym-  
bolum olim objiciebatur scientiæ. Ad  
Natal. Comit. in Mytholog. lib. 5. cap. 5.  
Vincent. Chartar. in Mercur. imagin.  
fol. 224. & Achill. Bocch. Symb. 129. &  
143. Ubi scientia, singularis musica, &  
sine harmonia vocum maior harmonia.  
Unde apposite Solorzanus, Emblem. 48.  
subdit:

Concordia discors.  
Ex dissimilibus tonus consonus, & dul-  
cior cantus. Quim vocis auditur scientia,  
vehementior videtur amoris flamma, qua  
excitatur in musicam canor, & amoris,  
patet tenor; proponiturque in musicam  
Mercurius, & motus melodiæ phthongus;  
quippe dum tempus ex motu tendit in  
mutationem, amor etiam in tempore ma-  
nifestat firmitatem. O mi lesu! Ipsi muta-  
buntur: tu autem idem ipse es. Semper  
enim gaudet mutationibus ingratitude,  
in cuius sinu nulla fovetur dilectio, soli-  
cians vocalas falsas, quæis pruritur au-  
res; quoniam eiusmodi placidiū audiant  
voces. Vernacule: Falsetes. Tota huius  
musicæ ars stat in eo, quòd falsum audiat  
uti subtilitas artis, & dissonantia quasi  
esset dulcedo vocis: at Christi musicæ  
summa, in huiusmodi accordi & absona  
harmonia: igitur amor prævalebat stabi-  
li firmitate, quom magis corda mutare-  
tur instabili ingratitude. Firmiter qui  
sciens amavit; igitur sciens cum dilexisset,  
dilexit. En scientia vocis in musico  
cenaculo, quo amor quom moveret cor-  
dium terram, altissimè dedit vocem  
suam, construens in triumphum uti con-  
formia, tria hostium puncta vel auribus  
dissonantia. Ingratitudinis, nimiam ex-  
ponendo dilectionem, vel sciens ingratu-

Plin.  
Musica Pla-  
neta Mer-  
curij cuius-  
nam soni.

Solorzani

Unde in cen-  
naculo, Chi-  
sti misitica  
musica.

tudinem. Temporis, quia est pernix per  
alas velocitatis, transivit mirè veloci-  
tatem temporis. Absentiæ, est amoris oc-  
currat novæ innata; quippe in amore  
Christi non est absentia. Hocine certame-  
n eius qui amavit in contentionem  
canoræ musicæ, qua hostes disruptit & in-  
flatos sine voce. Videbimus ergo. Didasc.  
seq. quomodo.

DIDASCALIA VI.

Triumphus Christi amanti ex  
triumpho Amoris.

Um quidam arcum & coro-  
nam haberet, exivit vincens  
ut vinceret. Nova in triumpho Christi au-  
diemus: equidem triumphus illi plus glo-  
riosus; quia amore vicit, ab amore victus.  
Citharam habuit pro tuba, igitur amoris  
arma. Ubi amoris præmittitur in certa-  
men apparatus, factus est repentè de cælo  
sonus: & sonus spiritus advenientis, cui  
caracter summi amoris: igitur ut summam  
dilectionem exprimeret, qua rebellem na-  
turam sibi amanti subiugaret; haud aliam  
habuit in certamine formam, quàm pro-  
ferre amoris musicam tubam. Aversione  
mundus, ut canit Arator lib. 1. in A3. à  
v. 137. ad modulor & amoris iacebat fasti-  
ditus, elinguis & auribus cordis surdus.  
Unde pravis desiderijs.

Impia corda  
Sermonum secure modos, sociisque su-  
perbis  
Affectus cum voce perijt.  
Factus ergo est amoris summi venientis  
de cælo sonus; & qui avertus, post cum  
abijt totus mundus.

Opulentaque verbi  
Materies celeste datum, nova vocis origo,  
Quæ numerosa venit: totoque ex orbis  
disfertis  
Sufficit una.

Domuit ergo orbem non gladio; sed  
musicæ amoris sono: equidem continuit  
omnia vocis scientia, qua suaviter ac for-  
titer traxit avertentia corda. Efficacia dul-  
cioris vocis videtur, ubi sonus musicæ  
coelestis à mundo protervo auditur: igitur  
repentè ad vocem conversus, ut factus rep-  
tentè de cælo sonus.

2 Certamina musica olim apud Græ-  
cos ac Romanos usitata, de quibus in  
Ephemer. Modò audiendum novum in  
musica Christi certamen, in mundi surdi

Musica mi-  
dum amor  
ad se tra-  
xit.

Arator.

Idem.

ac rebellis conversionem; qui quidem à  
fide Conditoris nimis amantis defuit, &  
ad modulos formandos citharæ non erant  
fides. Quæ antebac audire cepimus (infit  
Chrysol.  
Chrysolog. serm. 147.) plenius audiamus.  
Cantat ergo fervor amoris in conflictu  
inauditi certaminis: unde vox prima  
quam audivit, minimè placuit; quia sonus  
sine suavitate dulcedinis, à voce inimici  
& tribulatione peccatoris, cum sonus ef-  
fer gratus, si à voce gemitus. Signemus  
hostem, nimirum primò certantem, in-  
gratitudinem. Si ut placeat auri, vox de-  
bet esse grata in ipso sono; displicebit fa-  
nè auri, quæ tantum ingratitude. Hæcine  
audet ingredi prima in certamen, quæ ut  
potè ingratitude semper habet in modu-  
los malam vocem. Audit male, & auditur  
pessimè; siquidem nec canit, nec succi-  
nit, nec incinit, sed fridet. Dialecto no-  
strà: Ni en tenor, ni en baxo, ni en triple  
canta, sino recibina. Nescit in musicam  
modum (vulgo, punctum) quavis non  
ignoret manum; ut claves dirigat, quæ à  
clavibus debet dirigi, ut ascendat & de-  
scendat: ut ascendat cius improbitas, &  
descendat benefactoris nobilitas. Quali-  
bet voce prolata, semper dissona. Nostra-  
tes: Entoda se desentona, porque se en-  
tona. Videte in Iuda proditore, non can-  
tante, sed rudente. Quomodo movetur,  
quid mover, quin attendat audientem?  
Quid voce & corde agit, parvi ducens  
decertantem? Videte, qua pravitate sine  
rationis tenore ascendat & descendat, in-  
grediat & egrediatur ingrato perfidiz  
sono; quasi scientia non esset in excelso.  
Non intonat, sed tonat, quia tumebar.  
Quid tunc amor? Cium recubisset: ait  
Ioannes. Dum Iudas se & cuncta in pro-  
ditionem dissonè movet, Iesus fervore  
amoris canens placidè seder: igitur ubi  
magis cordi Iudæ in ingratitude motus,  
magis in amore fixus. Iudas conatur,  
quòd amor avolet; amorque tunc altius  
seder, ac in perduellis mulcimen, officio-  
rum in illum canore servat tenorem. Se-  
quitur in musica modulos suaves, dulcio-  
res sanè dissonantia ingratitude, tenore  
inflexus, quin in puncto canionis sit de-  
flexus vel delapsus: igitur decor & aucto-  
ritas dignitatis amoris (Vernacule: Eft  
firme el amor en su punto, por ser punto  
del amor) firmum esse in officijs, & erga in-  
gratos obsequijs; dum ingratitude avide  
sefe movet, & musica amoris aliquomodo  
dissonet. Idiomate Hispano in metaphora  
vivide: A ver, si puede desentonarle.

Chrysol.

Certamen  
musicum  
Christi, &  
ingratiadi-  
nis hominis.

Ioan. 13. 12  
Amor fr-  
mior: ubi  
ingratiadi-  
procacior.